

πνεύματι ὁ ἐνεργείαις ἐγερνομένη. Fides ea est, quæ excedens artificium Logicum, animum trahit ad assensum, fides inquam non necessariis Geometrarum demonstrationibus, sed spiritus vi generata.

Chrysoft. in cap. ii. Hebr. ἡ πίστις ὅτι ὄψις τῶν ἀδύλων, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν τῶν ὀρώμενοις φέρει πληροφορίαν τὰ μὴ ὀρώμενα. Fides est conspectus eorum, quæ non sunt manifesta: & quæ non videntur deducit in tantam certitudinem, quanta est eorum, quæ videntur.

Primasius in cap. ii. Hebr. Fides est, eā credere, quæ non videntur, & dum ea credimus in veritate aut fuisse, aut esse, aut futura esse, quæ non vidimus: ipsa fides facit ea subsistere in corde nostro, quasi oculis corporeis. In rebus autē, quæ videntur neq; credulitas dici potest, neq; incredulitas, sed potius agnitio dicenda est. At verò fides ita est, ita animum firmum esse de his, quæ non videntur, sicut de his, quæ jam videntur. Et dum hoc fit, fides facit ea subsistere in nobis, credendo.

Ambros. in orat. de obitu Theodosii: Nec mirū si auget ætatem fides, cum repræsentet futura. Quid enim est fides, nisi rerum earum, quæ sperantur, substantia?

Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides, præter rerum seriem.

T

Ve-